

diximus, pertinent, omnino exceptis) etiam si
talia sint, quæ sub generali hac Nostra decla-
ratione & decreto non comprehendantur,
nisi speciatim exprimantur, administrare, ge-
rere ac perficere, nisi tamen præmissorum ali-
qua alicui alteri specialiter ex causis aliquando
animam Nostrum moventibus committenda
esse censuerimus.

Conc. Trid. sess. 24. de Regular. c. 7.

CAPUT III.

§. I. **E**A demum, quæ sunt fori externi & Officialis ve-
contentiosi, formalemque Juris pro-^{ro ordinaria}
cessum ac decretum seu Sententiam judicis ^{poteestate}
lem exigunt, ad contentiosum Officialis Nos-^{competit}
tri tribunal declaramus pertinere, qualia sunt: ^{quascumque}
contentiosas causas sive controversias Ecclē-^{causas con-}
siasticas & profanas, cum civiles, tum crimi-^{troverfas cog-}
nales, tum mixtas, sive ad Procuratoris Fisci, ^{noscere &}
sive ad aliorum quorumcumque instantiam ^{decidere.}
moras audire, cognoscere, ac, prout Justitia
suaserit & ordo dictaverit rationis, definire,
cunctaque ac singula in prædictis causis seu
controversiis & circa illas necessaria, seu
quomodolibet opportuna, etiam si talia fue-
rint, quæ specificam magis & expressiorem
postulant mentionem, facere, dicere & ex-
equi, demptis tamen illis omnibus, quæ Ge-
nerali Nostro tum in Pontificalibus, tum in
Spiritualibus Vicario Colonienſi & eorum
cuiuslibet competere supra expressimus, atque
ipsis seu aliis rationabili ex causa duxerimus
specialiter esse committenda.

C. I. de offic. jud. ord. c. tua de procur. c. cum
nullus, de tempor. ordin. in 6. c. licet, ubi gloss.
verb.

verb. Officalem de offic. Vicar. in 6. Clem. ubi gloss. verb. Officialis de rescriptis.

Archidiaconi porro omnes Vicariis Generalibus obedire jubentur.


§. 2. Quamobrem mandamus omnibus singulis Nostri Archidiaconis, Colonien- bus, ad quos spectat, & spectabit, quacunque dignitate, auctoritate, potestate & praeeminentiâ fulgentibus, ut praedictis Vicariis Nostri Generalibus in singulis cuique praescriptis Vicariatus officiis promptissimè pareant & obediant, alioquin sententias & penas, quas iidem Vicarii, vel eorum quilibet rite tulerint seu statuerint in rebelles, ratas habebimus & faciemus, auctore Domino, illaeque ad satisfactionem condignam, inviolabiliter observari. Non obstantibus Nostri Nostrorumque decessorum statutis, decretis & ordinationibus, si quae sint, aliisque in contrarium facientibus quibuscunque. In cuius Nostrae declarationis & decreti fidem praesentes literas manu Nostrâ subscripsimus, atque Sigilli Nostri appensione communimus. Data in Oppido Nostro Bononiae die 26. Septembris 1651.

Maximilianus Henricus Archiepiscopus & Elector Colonien- sis,

Loco ✠ Sigilli

Pl. Georgius Paulus Stravius Episcopus Joppensis, Suffraganeus & Vicarius in Spiritualibus Generalis Colonien- sis &c.

B. Holbeek.



© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Color Control Patches

Maximiliani Henrici
Vicar. in 6. Clem.
de rescript.

ndamus omnibus
cecefanis, Colonien
speclabit, quacunq
potestate & præm
t prædictis Vicar
singulis cuique præ
is promptissimè
quin sententias & p
vel eorum quilibet
nt in rebelles, re
auctore Domino, et
indignam, inviolabi
obstantibus Nost
am statutis, decre
uar sint, aliisque
quibuscunque. Le
onis & decreti fide
Nostrâ subscripsimus
refessione commun
ido Nostro Bonna

Henricus Archie
ector Colonienfis

gilli

Stravius Episcopus
neus & Vicarius
eralis Colonienfis

Holbeek.